

**4148** M. d. m. I. | et Attidi Meno|tyranno conser|vatoribus suis, Cae|lius Hilarianus v. c., | duodecimbyr | urbis Romae<sup>4</sup>, | p. s.<sup>5</sup> et hiero-ceryx | i. M.<sup>6</sup>, s. d. L., s. d. | Hecate<sup>7</sup>, | d. n. Gratiano Aug. | et Mero-baude | cons. III idus | Maias<sup>8</sup>.

**4149** M. d. m. I. | et Attidi sancto | Menotyranno, | Q. Clodius Flavianus | v. c., pont. maior<sup>9</sup>, | XVvir s. f., | septem|vir epulonum, | pontifex dei Solis, | taurobolio criobol|ioque percepto | aram dicavit, | nonis Aprilibus | FFil. Merobaude II | et Saturnino | cons.<sup>10</sup>

**4150** . . . . . u<sup>11</sup> c. f., | sacerdos (*sic*) maxima | M. d. m. I., tauro-bolio | criobolioque repeti|to diis omnipotent|ibus M. d. et Atti | aram dicavit, | nonis Aprilibus | Fl. Merobaude | v. c. iterum | et Fl. Saturnino | v. c. cons.<sup>10</sup>

**4151** diis omnipotentibus | Lucius Ragonius | Venustus v. c., | augur publicus | p. r. Q., pontifex | Vestalis maior, | percepto taurobolio | criobolioque | X kal. Iun. | d. n. Valentiniano | Aug. IIII et | Neoterio cons.<sup>12</sup>, | aram consecravit.

*Romae rep. cum una N. 4445 (VI 499—505 recens repertas descripsit Grimaldi, solam postremam quae nunc extat in museo Capitolino vidit Henzen). — 1) Cf. N. 4446 not. 1. — 2) Incertum qua parentela coniunctus cum Clodio Hermogeniano Olybrio supra N. 4270/1, et ipso proconsule Africae et praefecto urbis Romae. (Hunc esse Claudium qui vulgo appellabatur, proconsulem Africae a. 368—370, praefectum urbi eo ipso anno quo hic titulus positus est 374, coniecerat SeecK praef. ad Symmachum p. XCVIII non recte; nam hic Claudius appellabatur Petronius Claudius, teste titulo Africano nuper reperto Bull. arch. des comit  des tr. hist. 1899 p. 133.) — 3) 19 Iul. 374. — 4) Cf. supra N. 4498. 4249. — 5) Pater sacrorum, 6) invicti Mithrae. — 7) Sacerdos dei Liberi, sacerdos deae Hecatae (*sic* Hagenbuch, recte ut videtur, cf. N. 4452). — 8) 13 Mai. 377 (post Gratiani nomen numerus III omissus est). — 9) Pontifex maior sive Vestalis, praeterea fuit pontifex Solis. — 10) 5 April. 383. — 11) Videtur superesse ex nomine feminae; uxor fortasse fuisse Flaviani eius qui eodem die taurobolium percepit (N. 4449). — 12) 23 Mai. 390.*

**4152** dis | magnis | Matri deum et Attidi Se|xtilius Agesilaus Aede-sius<sup>1</sup> v. c., causarum non ignobi|lis Africani tribunalis ora|tor et in con-sistorio | principum, item magiste|r libellor. et cognition. | sacrarum, ma-gister epistu|lar., magister memoriae, | vicarius praefector. per | Hispanias vice s. c.<sup>2</sup>, pa|ter patrum<sup>3</sup> dei Solis invi|cti Mithrae, hierofanta | Hecatar., dei Liberi archi|bucolus, taurobolio | criobolioq. in aeter|num renatus aram sacra|vit dd. nn. Valen|te V et Valentiniano | iun. Augg. cons. idib. | Augustis<sup>4</sup> (*in dextro latere pinus, e cuius truncis pendent tibiae et tiara, item aries; in sinistro pinus itidem, e cuius ramis pendent tympanum et fistula, item taurus. A tergo faces, patera, vasa*).

*Romae in regione Suburae (VI 510 bis puto vel ter descripta vel certead lapidem exacta saec. XVI). — 1) Est Aedesius magister memoriae memoratus ab Ammiano 15, 5, 4. — 2) Vice sacra cognoscens. — 3) Cf. infra N. 4254 not. 3. — 4) 13 Aug. 376.*